



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 60. Opinio de Humanitate Christi Rhemis revocata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII. gendum, nisi Cardinales Gallicis parti-
 A. C. 1698. bus additi eum nimis Cæsari faventem credidissent, atque alii nimiam Cognatorum copiam objecissent: nihilominus tamen remunerator Deus hoc anno huic Cardinali meritorum gloria illustrissimo immortalitatis coronam beato fine imposuit.

§. LX.

Opinio de Humanitate Christi Remis revocata.

*Argentre
 Coll. Jud.
 tom. 3. p. 2.
 fol. 401.*

Eodem hoc anno die prima Augusti Pater Petrus Flavel Jesuita Rhemis in suo Collegio in publica disputatione, cui ipse præerat, hanc propugnabat doctrinam: *Humanitas Christi non existit formaliter per existentiam Verbi. Ast a Verbo hypostatice sustentari probabilissimum est.* Hæc Thesis Lectores plurimum offendit, quamvis Præses nihil aliud intelligeret, nisi verosimilius esse, humanam naturam Christi a verbo hypostatice sustentari per quemdam physicum influxum, ita, ut probabilior opinio in hunc modum physici influxus caderet: Nihilominus indies ex hujus Thesis doctrina inter Theologos contentio atque offensio augebatur, quocirca Rhementis Archiepiscopus Præsidi injunxit, ut eam publice retractaret:
 mox

mox ergo die vigesima prima Augusti Sæc. XVII.
A. C. 1698.
 Rhemensis Collegii Rector unacum Patre Flavelo Archiepiscopum adiit, eisdemque retractationis monumentum obtulit, quod etiam ad tollendam omnem offensionem Rhemis eodem tempore typis editum est.

§. LXI.

Duo Cardinales ab Innocentio XII. creati.

Purpuratis hoc anno defunctis summus Pontifex duos alios die nona Decembris subrogavit, & quidem primo Jacobum Antonium Mirigiam patria Mediolanensem, tum Archiepiscopum Florentinum, quem jam ante triennium Purpuræ destinaverat, eum vero in *pectore*, ut vocant, servatum nonnisi hoc anno palam fecerat. Alter erat Fabritius Paluzzius, quem pariter anno priori in Cardinalem nominare decreverat, primum autem hujus anni die præfata, ex Polonia, quo eum tanquam Legatum miserat, reducem promulgavit.

§. LXII.

Innocentii XII. Pontificis Constitutiones.

Præter